

tissime eriguntur; sub quibus heroes omnia videre poterant facta atque ordinata iustrantium. Ab alio latere vero versus ecclesiam murus altusque ornatissimus eminebat; in quo domine stabant ad videndum. A lateribus dicti hipodromii populus totius civitatis sine impedimento in marmoreis sedebant sedibus, et de alto sine impedimento acta virorum cernebant ubique. Per medium dicti campi in longitudine non altus erat murus, in quo columpne marmoree multarum historiarum sculpte, una post alteram, posite sunt. Et primum inter eas erat balneum medelisque unguentis: in quo ponebantur illi qui a tali prelio erant vulnerati. Ibi-que super eum columpne sunt erecte; ubi honores iustrantium videbantur. Ultra hoc agulia ex uno lapide in quatuor eneis quatrangulatis taxillis in altum erecta cernitur, sicut et illa que in nostra atque caput omnium civitatum Roma apud sanctum Petrum videtur. Que brachia xliiij erigitur. Cuius in pede hii versus sunt sculpti:

Difficilis quondam dominis parere se-
[renis]
ter denis sic victus ego domitusque
[diebus]
iussus et extinctis palmam portare ti-
[rannis]
iudice sub Proclo super has elatus ad
[auras]
omnia Theodosio cedunt sobolique pe-
[rempti].

Ultra hunc lapidem, tres eneas serpentes in unum contortique erecti videmus oris apertis, a quibus, ut dicitur, aqua vinum et lac diebus iustratilibus exiebant. Ultra hoc altera ex multis la-

guntur; sub quibus heroes omnia facta astiludentum videbant. Ab alio vero latere versus ecclesiam murus altissimus ornatissimusque eminebat; in quo domine stabant ad videndum. A lateribus dicti ypodromi populus totius civitatis sine impedimento in sedilibus marmoreis stabat. Per medium dicti campi in longitudine humilis est murus, in quo columpne marmoree multarum istoriarum sculpturam habentes, una altera post alteram posite sunt. Et primum inter eas erat balneum medelarum et unguentorum; in quo ponebantur illi qui in tali prelio vulnerabantur. Ibi-que super id tres sunt columpne erecte; ubi honores astiludentium videbantur. Ultra hoc agulia ex uno lapide in quatuor eneis quadrangulatis taxillis in altum erecta cernitur, sicut illa que in vestra Roma omnium urbium capite apud Sanctum Petrum videtur. Que brachia quadraginta quatuor erigitur. Cuius in pede hi versus scripti sunt: Difficilis quondam dominis parere se-
[renis]
iussus, et extinctis palmam portare ti-
[rannis].
Omnia Theodosio cedunt sobolique
[perhempti].
Ter denis sic victus ego domitusque
[diebus],
iudice sub Proclo super has elatus ad
[auras].

Ultra hunc lapidem tres eneas serpentes in unum contortique exorti, stant oribus apertis, a quibus ut dicitur, aqua vinum et lac exibant diebus astiludialibus. Altera ex multis elevatur

latere versus ecclesiam murus altus atque ornatissimus eminebat; in quo domine stabant ad videndum. A lateribus dicti ypodromi populus totius civitatis sine impedimento in marmoreis sedebat sedibus, et de alto acta virorum cernebant. Per medium dicti campi in longitudine non altus erat murus, in quo columpne marmoree multarum ystoriarum sculpte una post alteram posite sunt. Et primo inter eas in principio erat balneum, cum omnibus medicamentis: in quo ponebantur illi qui in tali prelio erant vulnerati. Ibi-que supra balneum tres monticuli erriguntur; ubi honores iustrantium videbantur. Ultra hec angulia ex uno lapide in quatuor eneis quatrangulatis in altum erecta cernitur, sicut et illa que Rome apud sanctum Petrum videmus. Est autem alta brachia quatrangula quatuor. Cuius in pede hii versus sunt sculpti:

Dyfficilis quondam dominis parere se-
[renis]
iussus, et extinctis palmam portare ti-
[rannis].
Omnia Theodosio cedunt sobolique pe-
[rempti].
Ter denis sic victus ego domitusque
[diebus],
iudice sub Prodo superas elatus ad
[auras].

Ultra hec, tres eneas serpentes in unum contortos erectosque videmus, oris apertis, a quibus, ut dicitur, aqua vinum et lac exibant diebus iustratilibus. Ultra hoc altera ex multis lapidi-